Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions
The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

Qualiter ſymon frater eius militans contra tiros ac ptholomaidem · edomuit eos · et q̄a ipe iudas bis cōgreſſus cū timotheo duce antiochi fortiter triumphauit. Ca · xiij .
Qualiter antiochus nomine epiphanes apud perſas defunctus eſt. Ca · xiiij .
Quē admodū antiochꝰ eupator ſucceſſit patri in regnū · q̄ militiā ꝯtra iudeos cū liſia ꝓducēs iudā in templo cōcluſit · mltoq̄ʒ obſidionis tp̄e trāſacto · audita fama inuaſionis regni ſui per philippū quendā · amicicias cū iuda fecit · ⁊ ita decenter ab iudea diſceſſit. Ca · xv .
Demetrius ſeleuci filiꝰ fugiens a roma · ⁊ ꝑueniens tirum · impoſuit ſibi diadema · interfecto antiocho eupatore · cū duce ſuo liſia · et de bachide q̄ʒ miſit demetriꝰ cū exercitu ꝯprehēdē iudā.
Qualiter dux nicanor pꝰ bachidem xvi.
deſtinatꝰ adu̇ſus iudā · cū exercitu ꝑijt. xvij.
Iudas mittens romā · rogabat ꝑ nuncios. Romanos auxiliatores ſibi eſſe et amicos xviij.
Et rurſus pꝰ mortē nicanoris ad iudeā bachides tranſmiſſus triumphauit · ⁊ quemadmodū iudas pugnans proſtratus eſt.
Continet h̄ liber geſta centū · ſeptuagīta annoꝝ

Incipit liber duodecimus antiq̄tatis iudaice.

A Lexander rex macedonum · vbi regnū ꝑſaꝝ diſſoluit · iudeamq̄ʒ diſpoſuit · vt predc̄m ē · a vita diſceſſit Cūq̄ʒ multos pn̄cipatꝰ ſui ſucceſſores reliquiſſet · antigonꝰ q̄dem aſyam apprehendit · ſeleucus autē babilonem · genteſq̄ʒ vicinas obtinuit · liſimacho ceſſit helleſpontus · macedoniaʒ rexit caſſander · ptholomeꝰ filiꝰ lagi egiptū poſſedit. Qui dū aduerſū ſe ſeditiones haberēt · ſuūq̄ʒ dilatare ꝯtenderent principatū · diutc̄nis bellis ciuitates cōcuſſe · multis ciuibꝰ int̄ certamina ꝑeuntibꝰ ingemiſcebant Tūc et om̄is ſyria ſub ptholomeo filio lagi · qui ſaluator nuncupat̄ · cōtraria ſui nom̄is eſt ꝑpeſſa Nanq̄ʒ hic etiā hieroſolimā depugnauit · fraudibus et dolis ciuitatem die ſabbatoꝝ ingreſſus · ſub ſpecie ſacrificij · nequaq̄m̄ iudeis reſiſtentibus · quō hoſtile nichil exiſtimarent · et ideo ocioſi veluti nichil ſuſpecti · ſegnes erant. Qui cum ſine labore ciuitatē apprehendiſſʒ · crudeliter eis dominabat̄. Teſtis eſt oracōi mee ouidius ſabatarcides · qui ſucceſſorū alexandri acta conſcribens · ſupſticōem noſtram ꝓ qua libertatem amiſimus exprobrauit · cum hec diceret. Eſt gens · que iudea dicit̄ · ciuitatem munitam ⁊ magnam hieroſolimam detinens · que ꝯtempſit ſub ptholomeo conſtituta · dum arma capere deuitaſſet · et ꝓpter ſupfluam ſupſticōem · ſeuiſſimū dominū ꝑtulit habere. Sabatarcides q̄dem hec ꝯ̇ gente noſtra conſcripſit Ptholomeus ꝟ̇ multos captiuos a mōtanis iudee · vel a vicinis locis hieroſolimorum · i · a ſamaria · vel a garizi trahens ad egiptum commigrauit. Sed cum cognouiſſet eos quos ab hieroſolimis abſtraxerat firmos iuriſiurandi · vel fidei cultores exiſtere · cū alexandro legacōeʒ ad eos mittenti ſic reſpondiſſent · dario viuēte contra eum arma nequaq̄m̄ ſumere · poſt darij expugnacōem multos ad caſtella deputauit · et pares cum macedonibus alexandrie ciues ſtatuit · fidemq̄ʒ ab ip̄is recepit · vt nepotibus ſuis ſocietatem cuſtodirent · cum ⁊ alij non pauci iudei ſponte ad egiptum ꝑueniſſent · opulentia locoꝝ · ptholomeiq̄ʒ munificentia inuitati · quoꝝ nepotes ſediciones contra ſamaritas dum ſue gentis patriam oblationem ſeruare feſtinarēt excitabant, Nam hieroſolimite defendebant · dicentes ſuum templum ſanctum exiſtere · et immolationes illic tranſmitti oportē · ſichimite vero ad garizim al̄s garizin montem deſtinari iubebant. Capitulum ij.

POſt decimum ⁊ ſecundum annum imperij alexandri · ⁊ poſt quadrageſimum ptholomei ſaluatoris · regnum egipti philadelphus obtinuit · per annos trigintanouem · qui et legem iudeorum interpretatus eſt · ⁊ famulantes in egipto hieroſolimitas a ſeruitutis vinculo reſoluit · vſq̄ʒ ad cētum viginti milia ex huiuſmodi cauſa, Demetrius falareus · ſuper bibliothecam regis conſtitutus · dum ſtuderet omnia per vniuerſam terram inuenta volumina congregare · et acquirere ſiquid audiſſet dignum induſtria vel voluntate regis · quem erga collectionem codicum munificenter accendi cognouerat · int̄rogatus a ptholomeo · quot milia codicum habēt · cum viginti milia iam reſpondiſſet · ſed tempe poſt pauco vſq̄ʒ ad quinq̄ginta milia poſſe peruenire · ⁊ nunciatū

Ptolemeus Lagi filius fraude capiens Hierosolimam, multos secum ducit in Egypt